

877 Aquileiae rep. a. 1805 (1815 BORGH.), delata Vindobonam in museum a. 1816 MOSCH.

A · PLATORIO · A · F
SERG · NEPOTI

A P O N I O · I T A L I C O
M A N I L I A N O

5 C · L I C I N I O · P O L L I O N I

C O S · A V G V R I · L E G A T · A V G leg. Brit.
p. C. 124

P R O · P R A E T · P R O V I N C · B R I

T A N N I A E · L E G · P R O · P R · P R O

V I N C · G E R M A N · I N F E R I O R

10 L E G · P R O · P R · P R O V I N C · T H R A C ·

L E G · L E G I O N · I · A D I V T R I C I S

Q V A E S T · P R O V I N C · M A C E D

C V R A T · V I A R V M · C A S S I A E ·

C L O D I A E · C I M I N I A E · N O V A E

15 T R A I A N A E · C A N D I D A T O · D I V I

T R A I A N I · T R I B · M I L · L E G · X X I I

P R I M I G E N · P · F · P R A E T · T R I B

P L E B · I I I · V I R · C A P I T A L I

P A T R O N O

20 D · D

Contuli. Moschettini ms.; Borghesi *Giorn. Arcad.* 22, 64 (1824) p. 75 = opp. 3, 123 ab abbate Polidori alteroque amico (inde Labus *ant. mon. scop. in Brescia* p. 35, ex hoc Orelli 822 cum add.); Kandler in *Istria* p. 220; Arneht cat. n. 224; Zandonati p. 219.

A. Platorio A. f. Serg. Nepoti Aponio Italico Maniliano C. Licinio Pollioni co(n)s(uli), auguri; legat(o) Aug(usti) pro praet(ore) provinc(iae) Britanniae, leg(ato) pro praet(ore) provinc(iae) German(iae) inferior(is), leg(ato) pro praet(ore) provinc(iae) Thrac(iae), leg(ato) legion(is) I adiutricis, curat(ori) viarum Cassiae Glodiae Ciminiae novae Traianae, [quaest(ori) provinc(iae) Maced(oniae)] candidato divi Traiani, trib(uno) mil(itum) leg(ionis) XXII primigen(iae) p(iae) f(idelis); praet(ori), trib(uno) pleb(is), III vir(o) capitali; patrono d(ecurionum) d(ecreto). V. 12 quadratarii culpa loco suo motum inserui v. 15 ante *candidato*; qua necessaria emendatione admissa ordo honorum procedit non tam turbatus quam bipertitus ita, ut praecedant extra urbem suscepti a legatione Britannica ad tribunatum legionis, hos excipiant urbani, cum et praemissi honores summi et municipalis patronatus in fine suas leges sequantur. Nominat hunc Platorium Nepotem Spartianus vitae Hadriani c. 4. 15. 23; de titulis eius Britannicis, maxime de diplomate veterani a. 124 dimissi disseruerunt Henzen in *comm. soc. Rhen.* 14, 65 sq. et *syll.* n. 5455 et Huebner in *mus. Rhen. novo* 12, 59. Legationes Germaniae inferioris et Thraciae videtur administrasse imperante Traiano († 117) non tam propter temporum rationes quam quod in his legatus dicitur, non legatus Augusti; quod si ita est, refellit hic titulus opinionem hodie receptam Thraciam provinciam factam esse ab Hadriano. Ad hunc Nepotem num scripta sit epistula Plinii 4, 26, non constat.

878 Aquileiae ad S. Felicem nuper rep. BERT.

SYNTR O M V S
S I S E N N A E cos. p. C. 16
T A V R I · P O N T I F
V I I I C V S

Muratori ms. tria fragmenta ita proponit ut exhibentur aere expressa apud Bertolium p. 310 n. 440; in ed. dat restitutam 153, 5 a Bertolio recte, male 1280, 9 a Beretta.

In tertio fragmento supra AE quae cernitur s superne mutila, non est nisi ultima littera versus primi dimidiata. — De Sisenna Tauro vide quae dixi *röm. Forsch.* 1, 37 n. 61, item supra n. 332. 409. 457.

879 ad Monasterium rep. 1788 PIRONA. Extat in museo Cassis.

P R · P R · P R O C O S
L E G · C A E S A R · A E D
C V R · Q · T R I B M I L
I I I · V · I · D
5 D D

Contuli. Pironae schedium a. 1788 n. 3; Coletus ms. 1789 n. 16; Moschettini ms. indeque Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 48 (1829) p. 87; Zandonati p. 224.

... [legato Caes(aris) pro] pr(aetore), pr(aetori) pro co(n)s(ule), leg(ato) Caesar(is), aed(ili) cur(uli), q(uaestori), trib(uno) mil(itum), IIII v(iro) i(ure) d(icundo) d(ecurionum) d(ecreto). Sic supple collatis titulis vol. 1 n. 639—641; nam quod primo aspectu probes [leg. Aug.] pr. pr., procos. eo refellitur, quod ita praetura suo loco desideratur. Ceterum titulus est aetatis Augustae et adeo fortasse ante scriptus quam Caesar id nomen adipisceretur.

880 litteris maximis, Aquileiae apud Moschettinum.

D I S
N I C V
L A V A N T

Descripsi. Videtur pertinere ad balneas ad hoc exemplum: ex testamento . . . Herodis (?) . . . ni c(larissimi) v(iri) thermae factae lavant(ibus).

881 Aquileia delata Goritiam in hortos olim Romano.

L I I V S I
P O N · S O D A
N A M M

Descripsi.

882 Belignae rep. a. 1856. Extat Aquileiae in aedibus Zandonati.

P R E S T I I I I C P O pulo romano
I V R A · P O S T C O N S ulatum per annos
V I G I N T I G E M I N O honore fungens
R E D D I D I T E X P L E vit vitam
5 Q V I N T V M I N
C L V S E R A T A N
V I V S I S T E P E R I I V K

Descripsi. Kandler ms. et Pirona ms. a Zandonatio. Lapis integer mihi visus est, ut versus continuati fuerint in altero lapide gemello. Versus ultimus a manu diversa est litteris altius incisis.

883 cippus quadratus magnus ornatus cum cavo supra rotundo cineribus recipiendis destinato; operculum deest. Gradi REDIANUS, SANUTUS. Ex dono Renierii Patavii in aedibus Ramusii RAM. PINELL.; Ateste in Contarenis URS.; nunc in museo Estensi n. 9. — Romae PANV. errore.

principium deest
cum operculo

Q V A R T I O

I I I I · V I R

A C C E N S · C O S

corona

A R A T R I A · C · L

S A L V I A · V X O R

Contuli. Habent Gradi descriptam Redianus f. 139 Grad. n. 26 (v. 1—3). 25 (v. 4. 5), ubi postea adiecta videtur, et Sanutus f. 48', qui anaglypha enarrat; descriptam Patavii Ramusius ad Scardeonium p. 84 et in codd. Marc. 5, Barb. 4; Panvinius cod. Vat. 6036 f. 8; Pinelli cod. Ambros. R 124 sup. et C. 61 inf. f. 49' et apud Grut. ms. et 460, 13; Sirmondus cod. Par. 1419 n. 375; Ursatus 1652 p. 261 qui aere expressit; Furlanettus Est. p. 56, Pat. p. 101 n. 91.

884 Aquileiae in aedibus comitis Ioh. Iosephi de Strassoldo ORS. CAPOD. Nunc Veronae apud Smaniam.

L O C V S

S E P V L T V R A e

G E N T I L I V M

V E T E R A N O R

5 I N · F R · P · X X V

I N · P A R T E M

P O S T E R I O R

Descripsi. Habent Ursatus ms. et mon. Pat. 1652 p. 45 qui vidit (inde Reines. 8, 53, ex Reinesio Bertoli p. 174 n. 183); Capodaglio n. 8.

Confer supra n. 784 collegium veteranorum, item quos habemus in Notitia p. 121 praefectos Sarmatarum gentilium Opitergii aliisque locis plurimis etiam Venetiae. Quamquam hic titulus certe aliquanto ante Constantinum scriptus est. Inveniuntur praeterea n. 801 gentiles Artoriani lotores.

885 Aquileiae MOSCH. Nunc Varmò PIRONA.

A D I V T O R

L A V C I · F

C I V E S

M E N A P I V S

5 M I L · C O H O · I

P A N N O N I O R V M

7 · B A S S I · S T I P E N · X I

A N N · X X X I I

H · S · E

Moschettini ms., a quo pendent Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 47 (1829) p. 60 et Zandonati in *Kandleri Istria* 1849 p. 200 et 1852 p. 60. Pirona descriptam accepit ex pago Varmò.